



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs XXIII. Dominus regit me & nihil mihi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Nō nostra aut  
operum iusti-  
cia.  
Iusticia ipsius in toto cantabitur orbe,  
Ipse quod hoc tantum fecerit autor opus.

## PSALMVS XXIII.

Dominus regit me &amp; nihil mihi.

## ARGUMENTVM.

Est mire suavis & elegans Psalmus, in quo  
prædicat beneficia, & pro ijs gratias agit,  
quibus Deus Ecclesiā suam cumulat, quod  
eam sicut pastor ouem, uerbo pascit, conso-  
latur, gubernat ac tuetur.

Dona Dei agnoscens & sacri munera uerbi,  
Ambulat, & recta ducitur ille uia.  
Non secus hunc, ac pastor ouem, si forsitan aberret,  
In sua restituit pascua uera Deus.

Psalmus David.

Narratio.  
Pascit.

**N**Vlla petendarum mibi deerit copia rerum,  
Pascit ut innocuas me Deus inter oues.  
Per loca me statuit uiridantibus herbida pratis,

Dicit & ad riuos lene fluentis aquæ.

Lætificat.

Collapsas animi uires mibi reddit, & ipsum  
Iustifica dicit per loca tutu uice.

Docet & gu-  
bernat.

Ipsius ut uideam uerarum nomina laudum,  
Hoc duce tam felix haec mibi trita uia est.

Defendit in pe-  
culis.

Siue per obscuras umbris loca condita ualles,  
Semitas fit pedibus conficienda meis:

Non metuam, quia te duce, nulla pericla notebunt,

Me baculi seruat uirga timenda tui.

Divitit



P S A L T E R I V M .

Dixit is apponis mibi splendida fercula cœnæ,  
Ut doleat spectans talia liuor edax.  
Balsameo caput unxiisti mibi pingue liquore,  
Ubere fidisti pocula plena mero.  
Quintua me clemens pietas, & cura sequentur,  
Donec in hoc aliquis corpore sanguis erit.  
Ipse quidem Domini sublimia templa tenebo,  
Cu' tor & huic longo tempore fidus ero.

52

Quod autem  
pascha dixie  
nunc mensam  
uocat. Insi-  
gnis consola-  
tio, quod haec  
Deus Ecclesiae  
& membris  
eius perpetua  
conseruabit.

P S A L M V S X X I I I .

Domini est terra & plenitudo.

A R G V M E N T V M .

Est prophetia de regno Christi, seu Eccle-  
sia per totum mundum sparsa, quam descri-  
bit certis notis, quod habeat sanam doctri-  
nam, cor purificatum fide, & uitæ innocen-  
tiam. Habet autem grauem adhortationem  
in fine, sicut secundus Psalmus.

Immortale Dei regnum fore prædicat orbi,  
Ex Euangelicæ uocis honore tubæ.  
Si quis ad historiam tamen haec trahat, ille probabit,  
Forte Iesus a de regione cani.

Psalmus David.

**I**N manib[us] Domini terra est, & quicq[ue]d in ipsa est,  
Ipsius & quisquis rura colonus arat.  
Maxima nam stabilem super æquora condidit ipsam,  
In rapido iaciens robora prima mari.

Naratio, Deus  
us est. Deus nō  
Iudeorum tan-  
tū, sed & Gen-  
tium.

D 2.

Hanc

